

44791

DI

in C

# THESES

EX

DISCIPLINIS THEOLOGICIS,

QUAS

IN CAESAREO - REGIA

ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA  
SCIENTIARUM

UNIVERSITATE VINDOBONENSI

PRO

SS. THEOLOGIAE DOCTORIS

GRADU ACADEMICO

CONSEQUENDO

defendet

**Andreas Gollmayr,**

in Caesareo-Regio sublimioris educationis ad S. Augustinum  
Instituto dioecesis Labacensis presbyter.

---

DIE VIII. MAJI ANNO MDCCCXXVIII.

---

VIENNAE.

1828.



44791



030057195

CELISSIMO

REVERENDISSIMO AC ILLUSTRISSIMO

DOMINO DOMINO

**ANTONIO ALOYSIO  
WOLFF,**

ECCLESIAE CATHEDRALIS LABACENSIS  
PRINCIPI ET EPISCOPO,

S. CAES. REG. MAJESTATIS

CONSILIARIO GUB.

STATUUM DUCATUS CARNIOLIAE

DEPUTATO

ETC.

D. D. D.



## Ex Historia Ecclesiastica.

### I.

S. Petrus post alterum suum in urbem Romam adventum martyrum ibidem passus est.

### II.

Monumenta litem inter S. Stephanum et S. Cyprianum de rebaptizandis haereticis concernentia genuina sunt.

### III.

Celeris Islamismi propagatio ex causis naturalibus explicatur.

### IV.

Concilia provincialia magnam ecclesiae attulere utilitatem.

### V.

Romani pontifices ditiones ad patrimonium S. Petri pertinentes legitime acquisivere.

### VI.

Saeculi XVIII. pseudophilosophia magnum rei christianae attulerat detrimentum.

## Ex Jure Ecclesiastico.

### I.

Ecclesiae potestas in rebus mere spiritualibus potestati civili non subjacet.



## II.

Ecclesiae neque potestas directa neque indirecta in regum temporalia competit.

## III.

Episcoporum et ordinis et jurisdictionis potestas juris divini est.

## IV.

Jus statuendi impedimenta in Catholicorum matrimoniis tum ecclesiae tum civitati competit.

## V.

Impedimentum ligaminis jure divino nititur.

## VI.

Alienae religionis asseclis imperans catholicus tolerantiam civilem concedere potest.

## Ex Archaeologia Biblica.

## I.

Primorum hominum longaevitae ex corporis natura et constitutione frustra impugnatur.

## II.

Antiquos Hebraeos nullam futurae vitae notitiam habuisse non admittimus.

## III.

Israëlitarum supremus civitatis rector erat Deus.

## IV.

Moses non docet Deum mere nationalem, neque sistit eum tantum formidabilem.

## V.

Religio Mosaica non tantum legalitatem, sed praecipue moralitatem spectat.



## VI.

Israëlitarum bellum adversus Cananaeos justum erat.

## Ex Hermeneutica Sacra.

## I.

SS. librorum interpres arctioribus interpretandi legibus stringitur ac interpres profanus.

## II.

Pugnae inter quaedam scripturae loca sunt tantum opinatae.

## III.

Accomodatio positive dogmatica in sacris literis assumi nequit.

## IV.

SS. literarum interpretatio ab ecclesia facta est authentica et absolutam parit certitudinem.

## V.

Concilii Trid. decreto (sess. 4.) interpres catholicus, quominus originarios fontes consulat, non prohibetur.

## Ex Introductione in libros sacros V. F.

## I.

Concilium Carth. III. de anno 397. quoad canonem librorum SS. V. F. auctoritatem habet universalem.

## II.

Criteria inspirationis librorum SS. V. F. adsunt externa.

## III.

Consensus codicis Samaritani cum versione LXX. contra textum masoreticum ex utriusque origine et indole explicatur.

## IV.

Genesin esse meram compilationem ex fragmentis plane negamus.

## V.

Allegorica cantici canticorum explicatio Hebraeorum cogitandi rationi non repugnat.

## Ex Introductione in libros sacros N. F.

## I.

Christus nullum scriptum documentum nobis reliquit.

## II.

S. Matthaeus suum evangelium lingua aramaica exaravit.

## III.

Ultimum evangelii Joannaei caput non est ab aliena manu adjectum.

## IV.

Justinus M. nostris evangeliiis canonicis usus est.

## V.

Ad restituendam genuinam librorum N. F. lectionem SS. Patrum opera sunt consulenda.

## Ex Theologia Dogmatica.

## I.

Ad divinam revelationis originem demonstrandam criteria interna non sufficiunt;

## II.

Sed accedant, nêcesse est, externa ex testimonio per miracula et vaticinia confirmato deducta.

## III.

Sacra scriptura in rebus fidei christianae controversiarum iudex esse nequit.

## IV.

Ecclesia salutem haereticis non absolute abjudicat.

## V.

Spiritum S. a Filio quoque procedere etiam Patres Graeci docent.

## VI.

Satisfactionis Christi mysterium neque naturae peccati neque attributis divinis repugnat.

## Ex Ethica christiana.

## I.

Conscientiae, etiam erroneae, conformiter nos agere oportet.

## II.

Objectiva officiorum collisio non datur.

## III.

Pia precatio non est merum virtutis subsidium, sed etiam officium absolutum.

## IV.

Jusjurandum christianis non est prohibitum.

## V.

Non dantur leges more poenales.

## VI.

Consilia evangelica genuinae virtutis notioni non repugnant.



## Aus der Pastoral - Theologie.

## I.

Homilien sind beym Volksunterrichte sehr zu empfehlen.

## II.

Die Liturgie ist nur alsdann erbaulich, wenn sie mit Anstand und Würde verwaltet wird.

## III.

Zur gültigen Ertheilung der Absolution wird die competente Jurisdiction erfordert.

## IV.

Die im Beichtstuhle aufgelegten Busswerke sollen nach dem Geiste der katholischen Kirche nicht bloss heilend, sondern auch strafend seyn.

## V.

Die Beichtverschwiegenheit ist eine absolute Pflicht.





